



Classical Association of the Middle West and South

2020-2021 Latin Translation Contest

Intermediate Level (Remote)

Directions: Using a sheet of paper with your unique student code at the top, write a neat and legible translation of the passage below. Translate as literally as possible. Underlined words are glossed below the passage. Time limit: 45 minutes.

Horatius saves the city.

- 1 Porsena, rex Etruscōrum, cum inimicō exercitū vēnit ut Tarquiniōs in regnum
2 restitueret. primo impetu collis Ianiculum ab Etruscīs captum est. non umquam antea
3 tantus terror Romanos invaserat: tam magnum tum erat Porsenae nomen. ex agrīs in
4 urbem Romani fugiunt; urbem ipsam circumveniunt praesidiis. alia urbis pars ob
5 muros, alia ob Tiberim tuta videbatur. pons iter paene hostibus dedisset, nisi unus vir
6 fuisset Horatius Cocles, illo cognomine appellatus, quod in alio proelio oculum
7 amiserat. is extremā pontis parte occupatā aciem hostium solus sustinuit, donec pons
8 a tergo frangeretur. ipsa audacia obstupefecit hostes; ponte resciso, armatus in
9 Tiberim desiluit et multīs superincidentibus telīs incolumis ad suos tranavit. grata
10 erga tantam virtutem civitas fuit; ei tantum agri datum est, quantum uno die
11 circumarari potuit. statua quoque ei in Foro posita est.

- 1 Porsena, -ae, m., Porsena
Etrusci, -orum, m. pl., the Etruscans
Tarquiniī, -orum, m. pl., the Tarquins
2 restituo, -ere, to restore
collis Ianiculum, the Janiculum hill
3 invado, -ere, -si, to seize, attack
4 circumvenio, -ire, -i, to surround
praesidium, -i, n., garrison, defense
5 tutus, -a, -um, safe
pons, pontis, m., bridge
6 cognomen, -nominis, n., nickname
7 amitto, -ere, -si, to lose
acies, -ei, f., battle line

- sustineo, -ere, -ui, to withstand
donec, until, while
8 tergum, -i, n., back
rescindo, -ere, -scindi, -scissum, to cut down
9 superincido, -ere, to fall from above
incolumis, -e, unharmed, safe
trano (1), to swim across
10 erga, for
tantum...quantum, as much...as
11 circumarari (1), to plow around



Classical Association of the Middle West and South

2020-2021 Latin Translation Contest

Intermediate Level (In-Person)

Directions: Using your answer sheet, write a neat and legible translation of the passage below. Translate as literally as possible. You may write on the passage if you wish, but only translations written on the designated answer sheet will be judged. Underlined words are glossed below the passage. Time limit: 45 minutes.

Romulus becomes a god.

- 1 Romulus centum deinde ex senioribus elegit, quōrum consilio omnia ageret, quos
2 senatores nominavit propter senectutem. tres equitum centurias constituit, populum
3 in triginta curias distribuit. hīs ita ordinatīs cum ad exercitum lustrandum contionem
4 in campo ad Caprae paludem haberet, subito orta est tempestas cum magno fragore
5 tonitribusque et Romulus ē conspectu ablatu est. ad deos transisse ā vulgo creditus
6 est; cui rei fidem fecit Iulius Proculus, vir nobilis. ortā enim inter patres et plebem
7 seditione in contionem processit iureiurando affirmans, visum esse ā se Romulum
8 augustiore formā, eundemque praecipere, ut seditionibus abstinerent et rem militarem
9 colerent; futurum esse ut omnium gentium domini exsisterent. templum in colle
10 Quirinali Romulo aedificatum est. ipse pro deo cultus et Quirinus est appellatus.

1	Romulus, -i, m., Romulus	6	vulgus, -i, n., the people
2	nominō, -āre, to name	6	Proculus, -i, m. Proculus (a Roman family name)
	senectus, senectutis, f., old age	7	seditio, -ionis, f., uprising
	centuria, -ae, f., a century (a group of 100)	7	iureiurandum, -i, n., oath
3	triginta (indecl. adj.), 30		affirmo, -are, to confirm
	curia, -ae, f., precinct, body (a political group)	8	augustus, a, um, revered, lofty, honorable
	ordino, -are, to arrange		praecipio, -ere, to order, bid
	lustrō, -are, to purify, consecrate		abstineo, -ere, -ui, to refrain from
	contio, -ionis, f., assembly, meeting		militaris, -e, military
4	Capra, -ae, f., she-goat	9	futurum esse, "it would turn out..."
	palus, -udis, f., swamp, lowland		exsisto, -ere, to become, be
	fragor, -oris, m., noise, a crack (of thunder)	10	collis Quirinalis, -is, the Quirinal hill
5	tonitrus, -us, m., thunder		pro, "as"
	conspectus, -us, m., sight		Quirinus, -i, m., Quirinus